

*Si granum frumenti mortuum fuerit,
multum fructum affert.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Ioánnem 12, 23-26

In illo témpore: Dixit Iesus discípulis suis:

²³ « **V**enit hora, ut glorificétur Fílius hóminis.

²⁴ Amen, amen dico vobis:

Nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit,
ipsum solum manet;
si autem mórtuum fúerit,
multum fructum affert.

²⁵ Qui amat ánimam suam, perdit eam;
et, qui odit ánimam suam in hoc mundo,
in vitam ætérnam custódiét eam.

²⁶ Si quis mihi minístrat, me sequátur,
et ubi sum ego,
illic et miníster meus erit;
si quis mihi ministráverit,
honorificávit eum Pater».

Verbum Dómini.